cathedris ſedere in ſinagogis · & primos diſcubitus in cenis · 1r
ħ cxxvi / viii / L ccxlvii — xl · i
Qui deuorant domos uiduarum ſub optentu prolixae
orationis · hi accipient prolixius iudicium · & ſedens
ihs contra gazofilacium · aſpiciebat quomodo turba
iactaret aes in gazofilacium · & multi diuites iactabant
multa · Cum ueniſſ& autem una uidua pauper
miſit duo minuta quod eſt quadrans · Et conuocans
diſcipulos ſuos · ait illis · Amen dico uobis · q̄m uidua
haec pauper · plus omnibus miſit qui miſerunt in gazo
philatium · Omnes enim ex eo quod abundabat illis
miſerunt · haec uero de penuria ſua omnia quae habu
it miſit totum uictum ſuum ·
ħ cxxvii / ii / ħ ccxli / L cxxxvii / & ccxlviii
Et cum egrederetur de templo · ait illi unus ex diſcipulis 13
ſuis · magiſter aſpice quales lapides & quales ſtructurae ·
Et reſpondens ihs · ait illi · Uides has omnes magnas
aedificationes · non relinqu&ur lapis ſuper lapidem
qui non deſtruatur ·
xl · ii
ħ cxxviii / ii / ħ ccxliii / L ccxlviii
Et cum ſederet in monte oliuarum contra templum ·
Interrogabant eum ſeparatim petrus & iacobus & io
hannes & andreas · Dic nobis quando iſta fient · & quod
ſignum erit quando haec omnia incipient conſum
mari · & reſpondens ihs · coepit dicere illis · Uid&e
ne quis uos ſeducat · Multi enim uenient in nomi
ne meo dicentes · quia ego ſum · & multos ſeducent ·
Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum ·
ne timueritis · Oport& enim fieri · ſed non dum finis ·
Exurg& enim gens ſuper gentem · & regnum ſuper
regnum · & erunt terrae motus per loca & fames ·

1